

LIB. II.

I.	1.	90°	—	90°
II.	3.	90°	—	$12^{\circ}, 32', 48''$
III.	5.	90°	—	$7, 22, 32$
IV.	7.	90°	—	$5, 14, 22$
V.	9.	90°	—	$4, 3, 59$
VI.	11.	90°	—	$3, 19, 24$
VII.	13.	90°	—	$2, 48, 37$
VIII.	15.	90°	—	$2, 26, 5$
IX.	17.	90°	—	$2, 8, 51$
X.	19.	90°	—	$1, 55, 16$

TAB.
XXIX.
Fig. 116.

540. Hujusmodi quæstiones plures non propono, cum methodus eas resolvendi ex his exemplis clare perspiciatur. Ceterum hæc Problemata in hunc finem potissimum sunt excogitata, ut Circuli natura, cujus quadratura omnibus methodis adhuc usitatis frustra fuit tentata, penitus inspiciatur. Si enim accidisset, ut in solutione cujuspiam Problematis, vel Arcus cum tota Circumferentia commensurabilis, vel ejus Sinus Tangensve per Radium construibilis prodiret, tum utique species quædam quadraturæ Circuli haberetur. Scilicet, si in solutione Problematis VI. Sinus DE , qui prodit $= 0,6665578$, inventus fuisset $= 0,6666666 = \frac{2}{3}$, elegans certe Circuli proprietas innotesceret, Arcus quippe AE construi posset Lineæ rectæ $AD + DE = 1 + \frac{2}{3} + \sqrt{\frac{5}{9}}$ æqualis. Nulla vero etiamnum ratio patet, quæ hujusmodi Circuli quadraturam impossibilem esse evincat: atque, si talis detur, nulla alia via, præter hanc, quam hoc Capite aperuimus, ad eam investigandam magis apta videtur.

FINIS LIBRI SECUNDI.

APPEN-